



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiae Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa
Bullam Unigenitus**

Archidiocèse <Malines>

Bruxellis, [1719]

Exemplar Epistolæ Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini
Archiepiscopi Mechliniensis ad Amplissimos Dominos Abbates.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40699

EXEMPLAR EPISTOLÆ

Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Mechliniensis ad Amplissimos Dominos Abbates.

Admodum Reverende, ac Amplissime Domine

EA, quam diù vidi, & acerbè ingemui ex scandalosa paucorum in Gallia Episcoporum appellatione ad Concilium Generale animarum perniciem in hâc meâ Diœcesi imminere, me pridem impulit, ut prò munere meo Pastoralis vel minimum tanti mali periculum ab ovibus curæ meæ concreditis averterem: atque ideo scripsi sæpiùs, urfi, institi apud Sanctissimum Dominum, ut Gallorum dissensionibus finem imponeret; quod prò Paterna sua sollicitudine, & vigilantia se præstiturum addixit: Quare, ubi ad aures meas pervenit, quid Sanctitas Sua de Refractoriorum illorum contumaciâ Romæ edixerat, Epistolam Pastoralem publicavi, quam in Amplissimæ Dominationis Vestræ manus hisce acclusam libentissimè consigno; & cum nota mihi sit puritas Fidei, & zelus, quo ardet Amplitudo Vestra, quo-què laborare singulos Abbatia suæ Religiosos confido, nullus dubito, quin hanc meam Epistolam Pastoralem gratantèr acceptet, eâque occasione suæ erga Sanctissimi Domini Nostri ex Cathedra decidentis Bullam *Unigenitus* omnimodæ obedientiæ testimonium edere gloriatur. Et solito cultu subscribor. Mechliniæ 14. Novembris 1718. Admodum Reverendæ, ac Amplissimæ Dominationis Vestræ, Humillimus Famulus. *Erat signatum.*
THOMAS Archiepiscopus Mechliniensis,

EXEM-